

**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

VII. Nonnulla ex opusculo R. P. M. Ant. Marinarii, de Opinione probabili,
refutantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

satis refellantur, quo exponuntur; accedit, quod pauca illa, quæ idem tamen iis subiectis, inclinata jam per se Baronis causam omnino proruunt. Sed finem ponamus huic congressui, qui jam longius, quam par esset, excurrit.

ANTIM. Proximum citius expediemus, in quo illud opusculum discutiemus, quod à R. P. M. Ant. Marinario de opinione probabili ante duos annos, non sine singulari eruditio[n]is & urbanitatis elogio, compositum, & in lucem editum est; neque illud totum & integrum, cum in multis nobis consentiat; sed pauca dumtaxat, quæ pro scholarum licentia doctissimus auctor aequi bonique consuleret, à nobis discuti & refutari: interea libellum legere poteris, ut deinde parior advenias.

PITHANOPH. Faciam, ut jubes; vale Antime, quam primum adero: cum ab aliis curis hoc tempore liber sim.

ANTIM. Tu quoque vale Pithanophile; illud præceteris in video tibi, quod ab aliis curis sis liber. Vale carum caput.

DIALOGUS VII.

De Opinione Probabili.

In quo nonnulla ex Opusculo R. P. M. Ant. Marinarii de Opinione probabili refutantur.

1. PITHANOPH. **P**Arum certè absuit, Antime, quin centies libellum istum de opinione probabili à R. P. M. Marinario scriptum & publicatum abiecitur; ita enim mihi obscurus vñus est, & metaphysicis tritis, seu spinis horridus, ut mihi non semel caput fatigari: & verò nihil in eo perspicuum & limpidum invenio, præter luculentas D. Fagnani laudes, liberali manu, & stylo paßim asperitas.

ANTIM. Fui aliis, qui tecum idem sentire, ut mihi aliquando significavit; cui reponere nihil potui, eo scilicet tempore, quo libellum minime legeram; at modo legi, & nisi fallor, satis atento animo; illas tamen tenebras in eo non invenio, quæ tibi crearunt molestiam; est quidem ratiocinii modus omnino metaphysicus, seu scholasticus, ut vocant; hoc tamen non fecit, quin à me probè intelligetur, & auctoris mentem asequitur fuerit; immo universa doctrina hoc libello contenta, ad paucam faciliè reduci potest, licet mihi nullo modo probentur. Et ut à primo capite initum ducam, unum statuit, quod tamen manifestè falsum esse, constat; vult enim, proposito aliquo objecto probabili, cum motivis sufficientibus ad assensum probabilem, nimirum circa certitudinem, intellectum moveri ab iisdem, ad determinari, non verò à voluntate; quod reverè falsissimum est; nam rapitur tantum, id est, determinatur intellectus ab objecto evidenti & certo; secus ab obscuro, seu proposito circa evidentiā; unde ab alio determinari, necesse est, quia potentia libera non est; sed non ab alio, quam à voluntate.

PITHANOPH. Voluntas non fertur in incognitum; prius igitur intellectus attingit objectum, quam voluntas.

2. ANTIM. Prius, per meam, ut vocant apprehensionem, seu nudam representationem, concedo;

prius per assensum & judicium de illius veritate, nego.

3. PITHANOPH. Ut prudenter intellectus assentiat, motivum sufficiens representari debet, ac proinde judicari sufficiens, nimirum grave & rationabile, ab eodem intellectu: igitur hoc fatetem judicium prædictum & præcedit actum voluntatis; sed inde sufficiens intellectus ad assensum determinatur.

4. ANTIM. Si est evidens accertum, motivum illud esse sufficiens ad prudentem assensum, quantumvis probabile, uti nos in nostra sententia exigimus, certam enim dumtaxat ad proximam probabilitatem admittimus, intellectus circa determinationem voluntatis determinatur, ad judicandum dictum motivum esse grave, rationabile, & sufficiens ad prudentem assensum; remanet tamen adhuc indeterminatus, quo ad judicium de veritate objecti, licet determinari sit ad judicium de probabilitate; igitur ad judicium illud de veritate objecti ab alio quam ab objecto determinari debet; igitur à voluntate sola, quæ tamen nullo modo fertur in incognitum, ut patet; si vero est tantum obscura & incerta probabilitas, ac proinde intellectus ad primum illud judicium de probabilitate non determinatur à motivo, in hoc casu, etiam à voluntate determinatur ad judicium probabile de ipsa probabilitate; semper tamen ad primum aliquod judicium venientem est, ad quod ab aliquo objecto intellectus determinatur; nam in hoc casu, certum erit, judicium illud de probabilitate esse probabile; præmisso autem primo illo judicio certo, voluntas potest, si velit, determinare intellectum ad judicium illud probabile de ipsa probabilitate, ac deinde ad judicium probabile de veritate objecti; in his, ne minima quidem difficultatis mica est.

5. PITHANOPH. Ut voluntas sine aliquo motivo agere non potest, quod reverè differt à motivo intellectus, ita h[ic] sine motivo agere nequit; igitur ne determinari à voluntate, si absit omne motivum, saltem apparet, ut accidit in judicis erroris; igitur si motivum adest, cur alia determinatione voluntatis opus est.

6. ANTIM. Rechè dicas, intellectum agere non potest, aliquo motivo, saltem apparenti, sed si non obstante motivo, ipsum objectum obscurum manet, motivum propositum intellectus non capi, nec determinari; sicut objectum propositum voluntati sub ratione boni finiti, non determinat voluntatem; hoc autem inter utramque potentiam discrimen intercedit, quod voluntas proposito objecto non tanta, seu necessario, sed tantum sufficiente seipsum determinare potest, ut illi adhaeret; quia est potentia libera; secus tamen intellectus, qui non est potentia libera, ac proinde proposito licet motivo illo sufficiente, ut vocare solem, non tamen necessario, seu rapiente potentiam, à seipso determinari non potest, nec illo modo assentiri, nisi à voluntate determinetur.

PITHANOPH. At si motivum est, moveat, si moveatur, determinat; cum idem & moveat, ac determinaret.

7. ANT. Toto celo erras alioquin voluntas à motivo determinaretur, nec leipsam determinaret, ac proinde libera non esset, quod hereticum dictum est. Motivum igitur moveat dicatur, quia tale representatur, aut judicatur, ut voluntas circa objectum talis motivo vestitum tanquam circa bonum agere possit, aut intellectus, tanquam circa verum; ita tamen, ut bonum illud sub ratione boni finiti representetur, id est, non sub ratione puri boni, sed cum aliqua ratione mali coniunctum; & per hoc judicium, ut vocant, indiffe-

inductio; verum item illud repræsentatur, non sub ratione puræ; sed talis, ut falsum subesse possit, id est, libratione veri obscuri & dubii, non evidentiæ & certi. Sed hec tria sunt, quamvis à nonnullis ignorari videantur.

9. PITHANOP. Ex his constat, libelli auctorem filii, qui vult, ad assensum opinabilem, intellectum non determinari à voluntate, sed à motivo, quod falsum est; alioquin proposito objecto suis motivis probabilibus velito, & quæ ad assensum opinativum intellectus ab in determinatur, ac determinatur à motivis evidentiæ, ad assensum scientificum, aut principiorum; deinde de falsum est, quod dicit intellectum determinari quidem ad actum fidet à voluntate, non ramen ad actum opinativum; sed in hoc, meo iudicio, hallucinatur; quod enim dicit, nullum relatum motivum prote credenda, movens scilicet ad adiungendam, veritatem contentaneum non est; relatum autem auctoritas dicentis, quam intellectus indicat, sufficiens esse, ad rem illam prudenter credendam, id est, ad assensum fidet; & fieri non potest, ut voluntas determinet intellectum ad assentendum obiecto proposito, nisi adhuc motivum assensus, apparet, taliter enim, seu probabile; nec in hoc differt ab opinione, immo in hoc utraque convenient, quod scilicet motivum propositum ad assentendum intellectum apparet, sed determinare non possit, sed tantum à voluntate libet determinetur; nam perinde est, quod ad dictam determinationem, sive motivum à loco intrinseco, sive ab extrinseco petatur; unde prius illud caput necessarij corruit, quod tamen ratione in libello contentæ fundamentum est. item ad proposito fidei motivo intellectus judicatur, illud esse sufficiens ad prudenter assensum fidet, ita quod proposito probabilis opinionis motivo, intellectus determinatur, illud esse sufficiens ad prudentem assensum opinionis, & ut, non obstante hoc iudicio, intellectus determinetur voluntatis, ad eliciendum assensum fidet; ut fatur hic auctor, ita eadem determinatione indiget, ad assensum opinionis; unde in isto hoc errare, certum est; nempe quod ad determinationem, fides cum opinione convenient, & hæc ratione discrepat, ad cuius actum intellectus non determinatur à voluntate, sed rapitur ab objecto; disceptatio opinio à fide, humana quidem, quia hujus ratione non habet aliud motivum, nisi ex loco extrinseco, sicut ab auctoritate dicentis petitum, sicut opinio, sive motivum à loco in maximè intrinseco ducitur, nimirum à natura objecti, & rationibus ab ea petitum. Disceptio etiam, quod dubium positivum ab opinione probabili distinguit; quando nimirum, stantibus utrumque motivum à qualibus, intellectus ad alteram prout determinatur à voluntate, nempe hic actus, assensus est verè opinativus, ac proinde opinio probabilis; antequam vero intellectus determinetur, ut etiam duas opiniones à quæ probabiles, sed objecto, ut vocant, in quo, meo iudicio, nulla est diffinientia, quod demum ad fidem divinam pertinet, ex alio modo differt ab opinione, nimirum quatenus certa est, sed neque voluntas ad certum assensum objecto obiecto proposito præbendum, intellectus determinatur, propriis naturæ viribus, sed habitu vel adjutoriis supernaturali, ad hunc effectum indiget.

9. ANTIM. Rem istam obscuram tibi videri dicere tam tamen ita proflus enucleasti, ut nihil ad sensum esse, ducam unum tamen dissimulare non possum, hanc hujus auctoris opinionem mihi nec probabilem videri, nec gratam accidere; cum voluntate hominis, ac proinde libertati nostra plurimum

detrahat; si enim voluntas non determinat intellectum, ad dictum assensum, vitio profecto verti non potest, etiam si erroneous, immo & hereticus sit, nec enim satis est applicari à voluntate intellectum, ad tale objectum, seu motivum; quia revera circa assensum de illo cogitare, aut circa illud rationari malum non est, ut pater, assensus porrò à voluntate non pendet, si à motivo proposito intellectus determinatur, non vero à voluntate; unde profecto liber non est, saltem non magis liber, quam assensus scientia, aut principiorum, unde illa opinio probabilis censenda non est, ex quahujusmodi absurdum omnino sequitur, nec est, quod dicas, esse actum imperatum à voluntate, quia non est magis imperatus, quam actus auditionis, aut visionis, qui certè ideo vitio vertitur, quia voluntas imperare potest talen innotum, quo vel oculus clauditur, vel obstruuntur aures, atque adeo impeditur, ne objectum applicetur potentia; at secus accedit in intellectu, cui proponi objectum potest, hinc necessarij non assentiantur; si enim necessarij assentiantur, ut sit in objectis evidentiis, haud dubie vitio illi non vertitur assensus; nec dicas, pendere à voluntate, ut objectum intellectui applicetur, quemadmodum ab ea pendat, ut applicetur oculo, vel auris; etenim hoc falsissimum est, quia sèpè proponitur intellectui, invita etiam voluntate, excitatis scilicet, vel casu, vel ab extrinseco phantasmati, nec ullum motum voluntas imperare potest, quo faciat, ne objectum illud intellectui maneat applicatum; sit enim hæc applicatio per simpliciter apprehensionem, ut vocant, qua voluntatis despoticus imperio minimè subjetat: sed facta hujusmodi applicatione, intellectus determinatur ab ipso objecto, non ab ipsa voluntate, nimirum ad assensum, qui certè cum à voluntate minimè pendaat, liber dici non potest, ac proinde vitio non vertitur, equidem ad speciem assensus, determinat objectum, non vero voluntas, quæ, v. g. ad assensum evidenter determinare non potest, si objectum obscurè propositum sit; nec ad assensum certò probabilem, si objectum non sit certò probabile; unde posito, quod voluntas determinat intellectum ad assensum objecti propositi, intellectus non potest ponere assensum, nisi talis speciei, quæ in actum ab objecto refunditur; ab objecto quidem non secundum id, quod revera est, sed secundum id, quod apparet, etiam per errorem, sive culpabilem, sive inculpabilem; unde objectum determinat ad speciem actus, voluntas vero circa objectum fidei divina, & objectum evidens, ad exercitium.

10. PITHANOP. Nec longus ille D. Thom. textus excerptus ex quest. 14. de Veritate, art. 1. & ab eo exscriptus quidquam obest; in eo quippe non legitur, intellectum non determinari à voluntate ad assensum probabilem, sed illud unum dum taxat, nimirum non determinari totaliter, id est, absque formidine partis oppositæ; nos certè nihil aliud volumus, aut dicimus, illud autem, quod dicit, propter apparentem à qualitatem eorum, quæ movent ad utramque partem, inducit dubitantis dispositionem in intellectum, qui fluctuat inter duas partes contradictionis, intelligendum est de prævio statu intellectus ad determinationem voluntatis; nullum enim dubium est, quin voluntas etiam stante utrumque motivorum apparenti à qualitate, ad unum, vel alterum intellectum determinare possit, ut in superioribus congressibus demonstravimus: nec est, quod dicat aliquis, intellectum à voluntate determinari non posse ad præbendum assensu objecto, quod illius patiens non est; quia hoc revera non dicimus, sed illud tantum, nimirum, proposito objecto sub motivo probabili, id est, gravi & rationabili, circa evidenter

dentiam, ac proinde sufficiente ad prudentem assensum, intellectum à voluntate determinari posse ad illum assensum: non deest autem motivum, sub quo voluntas intellectum determinet, ad alteram partem contradictionis, sive motivum aequaliter appareat in altera parte, sive major, sive minor. Ex his autem praecipuum hujus auctoris corruit fundamentum.

10. ANTIM. Cap. deinde 3. doctrinam suam aucto-
stauere incipit, vultque, ex motivis probabilibus se-
qui assensum moraliter certum, relata scilicet, inquit,
consideratis ad partem oppositam, nec tantum seorsim,
verum etiam conjunctim; alioquin si absolue
accipiunt, atque seorsim, sequitur tantum ex iis assensus opinativus; & nunquam alias ad usum & praxim ullam opinionem reducendam esse, nisi motiva illa conjunctim & relata considerata determinent intellectum ad certum moraliter assensum, non negamus, aliquem assensum moraliter certum esse posse; negamus tamen, hunc sequi ex motivis probabilibus tantum, sed ex moraliter certis, saltem apparentibus, nimur objective, sive seorsim, sive conjunctim acceptis, sive absolute, sive relate; immo repugnat, rem aliter esse, nempe cum motiva proponi debeant, judicat intellectus illa sufficere ad assensum certum, vel ad assensum probabilem tantum seu verè, seu per errorem; si primum, inde satis determinatur intellectus ad assensum certum, circa veritatem objecti, circa ullam aliam voluntatis determinationem; si verò secundum, intellectus non rapitur nec determinatur ab iis motivis, sed à voluntate dumtaxat determinari potest: deinde illa motiva semper considerantur relate ad intellectum, & ad partem oppositam; alioquin temerè, leviter & imprudenter intellectus assentirentur; nec illa motiva sufficerent, ad opinionem verè ac certò probabilem, quam tamen talem esse, oportet, ut ad praxim sufficiat; nempe ut constet, esse certò probabilem, debet constare, motiva proposita esse sufficiencia ad assensum prudentem, quod ut fiat, pars opposita motiva etiam consideranda sunt, pro qua, vel nullum stat motivum sufficiens, id est, grave ac rationabile; & tunc judicat intellectus, motiva illa prioris pars esse sufficiencia ad assensum moraliter certum; vel pro illa opposita parte stat motivum moraliter certum, fundatum, v.g. in declaratione, vel decreto Ecclesie, & tunc judicat intellectus priorem illam partem non esse certò probabilem; nam si certa est una, opposita improbabilis est moraliter, nimur quo ad usum & praxim; vel denum stat motivum grave & rationabile sufficiens ad prudentem assensum, quantumvis probabilem, & tunc intellectus judicat primam illam esse verè ac certò probabilem; unde nunquam accidit, alteram partem esse moraliter certam, nisi opposita sit moraliter improbabilis, eo modo, quo dixi: ita prorsus se habent exempla illa ab auctore adducta; v.g. certū est moraliter, me baptizatum esse; quia nullum prorsus motivum occurrit, quod partem oppositam mihi probabilem efficiat; item Romanum, aut Constantinopolim existere, vel hostiam à sacerdote consecratam, verè consecratam esse, quia nullum motivum pro contraria parte militat: unde concedimus ultrò, cuncta hæc & alia hujusmodi moraliter certa esse, negamus tamen, ex motivis probabilibus ea sequi, quia reverè moraliter certa sunt; illud enim, vel maximè aliquid motivum moraliter certū reddit, quod nullum pro altera parte grave motivum appareat: negamus etiam, omnem opinionem probabilem licitam, & cuncta ad praxim talem esse debere; immo repugnat, talem esse quamdiu opposita est verè ac certò probabilis, id est, ha-

bet motivum grave & rationabile ad prudentem assensum sufficiens, exigimus quidem, ad rectè operandum in moralibus, certitudinem probabilitatis, ex qua sequitur necessariò certitudo judicij practici, seu conscientiae, ut sèpè diximus; non tamen certitudo opinonis, vel assensus circa veritatem objecti, que, stante hypothesi, omnino repugnat, falso est etiam, quod dicit auctor n. 8. ex parte objecti obscurè sciens propositi applicari motivum determinans intellectum ad assensum certum unius partis; quia nullum motivum, quod certum non sit, determinat intellectum, ut jam diximus; ac proinde cùm sit probabile, licet grave & rationabile, specificat assensum tantum probabilem, quamvis alioquin prudentem. Nec obstat, complexum illud motivorum; quia vel in parte opposita appetit aliud complexum motivorum, vel non; si primum, complexum illud facit tantum motivum probabile; si secundum, complexum illud est certum, non probabile; unde ut ex illo probabile sequitur assensus probabilis, ita ex hoc certo sequitur assensus certus.

11. PITANOPH. Sed inquit n. 11. motivis seorsim & absolute, non relata considerata, eodem modo non movent, quo eadem conjunctim & relata sunt.

12. ANTIM. Ita est, non movent eodem modo nempe illa movent ad assensum temerè & imprudentem ponendum, hæc verò ad prudentem; unde concedimus ultrò, esse diversum movendum modum; diversus igitur assensus, ad quem moventi fed male temperantur supponit, intellectus determinari ad certum assensum à motivis illis probabilibus, quod falso est, constat; quotiescumque motiva pro ultraque partem probabilitatis militant, de quo reverè casu tantum disputatur.

13. PITANOPH. Suam sententiam aucto probat conatur cap. 4. ex eo, quod dictamen rationis, seu iudicium illud practicum, quod vulgo conscientia dicitur, certum esse debet; quod ultra fatetur; sed, inquit, certum esse nequit, nisi procedat, seufequatur ex assensu speculativo certo; conclusio enim certa esse non potest, nisi præmissa certa sint. In hoc etiam plane hallucinatur; nam non sequitur iudicium illud practicum ex iudicio speculativo, qui opinionem probabilem formaliter constituit, id est, ex iudicio de veritate objecti, sed ex iudicio moralis deprobabilitate certa illius iudicij, vel opinionis; ex hac enim, ut sèpè diximus, certum est, talem opinionem esse probabilem, sequitur hæc, certum est igitur, usum illius est prudentem; ac proinde licitam, tutam, &c. sed hac jam sèpè supra; unde meo iudicio hoc illius auctoris argumentum corruit: immo jam alius significavimus, id que non semel.

14. ANTIM. Nihil addendum esse purarem; nempe ut breviter ita prorsus accurate argumentum penitus diluisti; nempe ex prudenti assensu, sequitur necessariò prudentis usus; & mirum sane mihi accidit, antiprobabilis nunquam hoc intellexisse, vel potius dissimulasse; nec enim utriusque iudicij idem objectum est; judico probabilitas verum esse objectum; judico certò prudentem esse assensum, judico etiam certò prudentem & rectè esse usum; unde ex certa probabilitate, certa prudentia, tum probabilis assensus, tum rectè usus consequitur, vel potius iudicij practici, quo judico, rectè esse usum; sed hac jam toties inculcavimus, ut mirari satis non possim, ab iis capta non fuisse, aut saltu omnino dissimulata; nempe assensus ille circa objectum, seu veritatem objecti, eo modo est prudentis, quo est probabilis; at certum est esse probabilem; certum igitur, esse prudentem; at si certum est, esse assen-

lum probabilem certum est, electionem illius operari posse circa talem objectum, tanquam circa materiae certitudinem, esse prudentem, atque adeo usum illius, qui ex dicta electione lequitur, etiam prudentem. Ita jam supra quasi ad naulem. Sed perga-
mus, & committamus cap. 5. in quo refutatur auctor do-
ctrinam illius Savonensis Stephani Spinulae, qui certe electio non indigeret, quamquam or-
natae in argumentis, retinenduntur, admissa tan-
quam certa probabilitate iudicis speculativi, vel ipsius
equitatis, quam dictus illius Savonensis omnino admittit,
sit enim certum ex certo deducitur; unde auctor
profundis concludit, ex certo iudicio practico recti-
tus, vel prudentis electionis, certum iudicium spe-
culativum veritatis objecti: cum ex illo tantum per
aliquem concludatur, se certum probabile, eo modo,
quod dimum, & nihil hoc statuatur, neutra pars alter-
nativa: quod auctor contentit, iudicium
speculativum, id est, veritatis objecti esse mo-
raliter certum, non subtiliter: quod auctor enim pars op-
posita et recta certum probabile, vel aequum, vel mi-
nus, vel minus certum esse, repugnat, ut vel ex
speculativis non certum est: non subtiliter etiam, quod
fidei non certum est, unde sequatur.

17. PITHANOPH. Iam ergo ad sequens cap. octavum scilicet pervenimus, in quo hic auctor reli-
ta probabilitate, non licere ad proximū minus proba-
bilem sequi, ostendere conatur, his rationibus t. in-
quit, illa opinio est licita operanti, quae est deduci-
bile ad proximū, seu, quod idem est, quae est vera,
certa & firma: sed minus probabile non est hujus-
modi: igitur non est licita: hoc argumentum nihil
concludit, in primis enim alterum extremum licita
non distribuitur in majore, & distribuitur in conclu-
sione: unde ut concludat argumentum debet addi-
particula tantum in hunc modum, illa opinio est
tantum licita, &c. sed tunc major illa est falsa, nam
opinio probabile non est certa & firma, nec certa
vera etiam si probabilitate sit, quae non est certa vera,
sed tantum probabilitate: & in minore aequa dici
posset, sed opinio probabilitate &c. unde hæc ratio
principium manifestè petit. Probat 2. si operans,
nimis opinione minus probabilem reducens ad
proximū haberet conscientiam dubiam, cum qua ope-
rari non licet: sed hoc facile negatur: nam cum hæc
opinio minus probabilem verè ac certam probabilem statuatur,
illa utens habet conscientiam certam, id est,
certam iudicat, illius usum prudentem & rectum esse.
Nec est, quod dicat, intellectum restare dubium,
quando motiva utrumque sunt aequalia: igitur multo
magis, si debiliore motivo nitatur: nam illud est
dubium positivum, in quo versatur intellectus, an-
requam ad alteram partem a voluntate determinetur,
suetus enim inter utrumque: sed posita determina-
tione voluntatis, cuius est determinare intellectum,
quotiescumque objectum propositione non est evi-
dens: non maxime amplius dubius, id est, non sicut
inter utrumque, sed unī parti adhæret, non quidem
firmiter, sed cum aliqua formidine, quae satis propriè
dubitatio dici potest, ut supra diximus: neque in hoc
vel minima superest difficultas: locus porro ille An-
tonini tit. 1. cap. 10. de conscientia truncatus est & pro-
positionem difficultatis, seu objectionis ut vocant,
conclusionis loco adducit: cum in aliqua materia
morali, inquit, sunt varia & contraria opinione, ille
qui adhæret opinioni latioris via, videtur se exponere
periculo mortalis, cum posit illa opinio esse falsa, &
contraria vera: hic locum Antonini truncat auctor.
& terminat: & exclamat, nihil poruit clarius dici ad
intentum. Sequitur tamen hæc Antonini Responsio.

Sed ad hoc respondet, quod utique ille, qui agit scien-
ter id, de quo dubitat esse mortale, permanente dubi-
tatione, peccat mortaliter sumendo frictè ac propriè du-
bitationem, &c. Sed si dubitas, sicut dubitas, seu formi-
dat habens opinionem de aliquo, quia ita inheret ipsi sen-
tentia, quod tamen formidat de opposito. sic agendo con-
tra tale dubium, non peccat: cuius lue responsoris ra-
tionem hanc proferri, quod talis, inquit, non operatur
in dubio mortalis, sed secundum opinionem probabilem;
quid quæ ad intentum nostrum clarius dici poter-
at? Unde miror, ab auctore isto, alioquin valde inge-
nuo & sapientissimo locum istum S. Antonini addu-
ctum fuisse.

18. ANTIM. Hoc certè dolo malo, ut ajunt, ab eo,
factum non esse, tibi perindeas velim: sed nonnul-
lorum scriptis fidem habuit, quibus tamen soleme-
nit, anctorum loca, vel fingere, vel adulterare. Sed per-
gamus. Negat deinde auctore, posse intellectum ex vo-
luntatis imperio, suspendere judicium de probabili-
te parte, pensatis scilicet utriusque partis motivis con-
junctim, & inter se comparatis, quia vult, intellectum
determinari ab objecto, seu motivo potentiore, quod
jam supra reiectum est, ut falsissimum, & manifeste ex-
perientia contrarium, nullum enim objectum non
evidens intellectum rapit, aut determinat, cum autem
unius partis major probabilitas evidentiam non con-
ciliat, etiam si major sit notabilitas, hanc scilicet altera
parte verè ac certò probabile, fieri non potest, ut de-
terminet intellectum, qui adhuc manet cum formidi-
ne: igitur imperio voluntatis indigerit, ut ad probabili-
tem determinetur: sed & quæ ad oppositum voluntas,
quæ minus probabile, intellectum determinare
potest, si enim minus bonum eligere potest, cur
non minus probabile quamquam fieri potest, ut magis
probabile, minus bonum illi videatur. Quod au-
tem addit auctore, dictam conscientie non fore ratio-
nable in eo casu, quæ scilicet voluntarium, motivis
tantum probabilem trinum, id est, et omnium ex
opinione tantum probabile, supra etiam à nobis re-
jeatum est: nam dictamen illud certum est, ut dixi:
quia ex certo deducit: nimirum ex certa probabili-
tate, & certa prudentia illius primi assensu, seu quod
idem est, ex opinione vera ac certa probabilitate: &
miror, ab adversariis nunquam hoc ponderatum fu-
isse, at temper dissimilatum: falsum est etiam, ideo
aliquid non esse rationabile, quia est voluntarium:
quæ verò judicium illud, quo intellectus probabili-
tati assentitur, non sit voluntarium, aut illud quo ali-
quem articulatum divina fidei credit: nemo tamen ne-
get, utrumque esse rationabile: igitur per modo, judi-
cium illud, quo intellectus parti minus probabili-
tati assentitur, modo sit vera ac certa probabilis, id
est, motiva gravia & ad prudentem assensum suffi-
cientia esse, constet, extrationabile, id est prudens,
licet sit voluntarium: neque in hoc puncto, vel
minima difficultas restat: stante scilicet illo princi-
pio, quod dum in opinione probabili versamur, seu
magis, seu minus, motiva, seu conjunctim & relatè,
seu leotim & absolute considerata, nunquam ad cer-
titudinem & evidentiem etiam mortalem pervenirent,
ac proinde nunquam ab iis determinatur, sed rapitur
intellectus, sed tantum à voluntate, idque prudenter
& rationabiliter, quandoquidem motiva illa, quibus
illa opinio nititur, gravia & rationabilis consentitur,
id est, ad prudentem assensum sufficientia. Itaque in
multis fallitur auctore, 1. quia primum illud judicium
speculativum, de quo supra, vult, esse mortaliter cer-
tum; cum tamen sit tantum opinativum. 2. quia ex

illo, vult, lequi judicium ultimum practicunt, fendi:
& tamen conscientia, quod tamen ex illo propriè non
sequitur, sed ex certa illius probabilitate, ut loqu-
olentum est, 3. quia vult, judicium voluntarium, non
esse rationabile, quamvis certa & verè probabili-
s, ac proinde verè, ac certò prudens, 4. Quia vult,
à motivis tantum probabilitibus, intellectum ad unam
partem determinari, qui tamen à voluntate deter-
minatur, 5. quia dicit, motiva partim in probabili-
tate evanescunt, id est, destrui à motivis probabilitatis,
quod tamen falsissimum est, cum utraque simus judi-
cetur verè probabilis, ac proinde utrumque motiva
mulcent, & intellectus represententur; alioquin ne
posset altera probabilior, altera verò minus probabili-
judicari, ut patet ex terminis.

19. PITHANOPH. Sed quælo te, quid sibi vult
auctore, cum dicit, tenetem quemlibet, probabilitem
sequi, si tamen notabiliter probabilior est, nam alio-
quin obligat ad taliorem; tempore, inquit, illa, quæ non
est notabiliter probabilior, pro æquè probabili habe-
da est; patet enim pro nihilo reputatur.

20. ANTIM. Illa haud dubie notabilitas probabili-
lor est, quæ multis partibus, seu gradibus probabilitatis
est, quemadmodum illa linea est notabilitas alia ma-
jor, quæ multis partibus, id est, notabiliter quantitate ma-
jor est. Quot vero partibus, opus sit, ut notabilitas
major sit, à prudente iudicio penderit.

21. PITHANOPH. Statuamus unam patrum; at
tria probabilitate esse; sic enim cum scholasticis loqui
per te mibi licet: altera am verò, ut duo: an dices, al-
lam notabiliter probabilitorem non esse cum uno tan-
tum graduum aliam supererit in probabilitate: ac statim
opponam, si prima probabilis sit 12, altera vero ut
8, eadem servatur proportio inæqualitatis, sicut pri-
ma secundum supererit totis quatuor gradibus: ideo
argumentum militat, si prima statuatur probabilitas ut
8, altera 12: seu quod idem est, prima ut 100, se-
cunda ut 20, unde si fallor, nihil certi super hoc defi-
nitri potest, quædam prima probabilior erit altera, vel
minimo gradu determinato: itaque me de casis velim,
unde illud prudens judicium in præsenti materia du-
cendum sit.

22. ANTIM. Rem nifallor, acutus rigisti, si enim
æqualitas illa statuatur, quæ ab omnibus, doctis scilicet,
& recum hujusmodi peritis, facile cognoscatur,
admititur & in�cipatur, pro æquè probabilibus hu-
beri non possunt: si verò dicta inæqualitas non ita
scilicet obvia sit, seu perspicua, quin aliqui faltem de illa
dubitare possint in hoc casu, æque probabiles conser-
vare possunt: ut sit, negari faltem non potest, quia
opinio probabilitatis maneat, quamvis alioquin notabili-
liter probabilior sit: modo scilicet altera pars sit verè,
licet minus probabilis: nempe ut jam dixi, quædam
pars una probabilis restat, altera certa esse, antdici non
potest: in hoc etiam prædictus auctore luculentiter bal-
lucinatur.

23. PITHANOPH. Claudiat autem petit a lo-
mine similitudo sicut enim lumen communiter dic-
tus illud, per quod aliquid cognoscitur, quemadmo-
dum per lumen visibilia percipiuntur: unde vulgo lu-
men rationis, lumen ingenii, inquit notiones ipsas, per
metaphoram, lumen dicimus: non tamen una notio
magis perspicua, minus perspicuum expungit, quem
admodum lumen majus, eidem illam propter corpori, lu-
men minus extinguit, id est, efficit, ut minimè ab
oculo percipiatur: quia scilicet ab objecto illuminato
illustrior species profecta & oculo illapta, illusio
objectum representat, ut vero in nostro casu, fecit
accidit.

De Opinione Probabili.

151

Accidit nam utraqe pars contradictionis eidem intellectuum suis motibus simul & una representatur, ut in ipsius auctoritate: & idem intellectus, conseruans gravibus & rationabilibus motibus, que pro utraqe militant, utramque verè probabilem necessariò judicat, quia iudicium illud de probabilitate certum est, & probabilitate evidenter profectum, utramque partem probabilem judicare non possit, si motiva probabilitatis, utramque partem, licet inconvenientem, quemadmodum & utramque partem contradicitur.

etiam omnino modicam illam similitudinem luculam exstupfavit; & faltum est, quod ab aliis adhuc videntur, num. 17. intelle^ctum à motu ipsius partium inprobabilis, in concurvo alterius probabilitatis, non illuminari: nam intelle^ctum ab illis illuminatio alia est, nisi ea cognosci ab intellectu: quod autem ab intellectu cognoscatur, nemo negat, qualem intelligat: inde autem etiandi ansam acceptabilius est, quod perperam esse dederit, intellectu ipsi & determinaci^e probabilitatis, quod tamen in parte diximus, fallissimum esse, constat. Unde ergo conclusionem, cap. 9. ab eo breviter propositionem minime non valere intellectum, opinatio de per se minis probabilitate, quod certe repugnat in terminis & iuris iudicis intellectus esse minis probabilitatem, hanc dubi^e probabilitatem esse, id est, gaudere nemo gaudi & rationabilis, a sufficiente ad prouidendum omnibus certe positis, nihil veter, & cum omnibus a voluntate imperari, id est, intellectum omnium silentium prudentem determinari: Sed jam hanc probabilitatem, cap. 10. veniamus, in quo docet auctor utique parere quæ probabilitas intellectum illuminet utramque restare & in hoc dubio, quemadmodum etiam corruit.

26. **ANTIM.** Illud etiam, quod deinde toto reliquo capite urgat, nimur in dubio tuto rem partem eligendam esse, idque esse de precepto, non de consilio, etiam corruit; cum in dubio non sumus, sed habemus certum iudicium praeterea, ac proinde certam & proximam regulari operations moralis; illa porro loca ex jure ad dicta, cap. ad audiencem, 12. de homicid. cap. significasti ibidem, cap. inquisitione 44. de sentent. excommunicatio cap. petitio 2. de homicid. &c. in aliis corrigebus explicata fuerunt, & infra iterum contra D. Fagnanum, sed ad eius rationes venio, probatue 1. inquit, quia nulla est ratio convincens, quia probetur, esse consilium, non preceptum. Resp. 1. nullam etiam esse rationem convincentem, quia probetur esse preceptum, non consilium. Resp. 2. adesse rationem pro nobis convincentem, quia non sumus in casu dubii, sed extra dubium, cum sumus certi; unde quo ad hoc dictio auctoris regula est à subiecto suppositio. Probat 2. quia in propositionibus oppositis, datur una turra & altera non turra: sed turram sequi, de precepto est. Resp. in propositionibus oppositis veræ ac certa turram esse, nec unum tuto rem altera formaliter, ut s^epe diximus, sententiam materialiter: ad tunc autem materialiter nemo tenetur: ex quo dicta auctoris ratio penitus corruit.

27. PIPHANOPH. Illa autem glossa , quam
refellere conatur , num 9. int̄cta remanet : nimirum
quod doctrina probabilit̄ sit sat̄is , ad honestē & sine
peccato operandum , ac proin de quicunq̄ libet sequi pos-
sunt , in equilibrio probabilitatis , etiam in praxi , quam
maluerit patrem , ita est prorsus , mod̄ utraque ver̄
ac cert̄ probabilit̄ statuatur , ut tories demonstratum
est ; cum ex certa probabilitate sequatur judicium
certum de recto illius istu : neque idem est , ut dicit
aut̄or , suspenderet judicium de una parte , & exim-
perio voluntatis alteri assentiri probabilit̄ , & sic fa-
cere se ipsum prædictè certum ; nam reverā fieri non
potest , ut utriusq; simul assentatur : licet utramque
similis intellectus probabilem certò judicet : igitur
nullum suspendit judicium , vel assensum , sed ex eo ,
quod lese homo determinet ad assensum unius , eo
ipso rejicit assensum alterius : in d̄ eo ipso , quod
unam affirmat ut veram , licet judicet falsam esse
posse , aliam ut falsam negat , licet judicet veram esse
posse , nec ex hoc assensu probabilis est prædictè cer-
tus , sed ex ultimo iudicio prædictico certo , quod ex
alio iudicio certo , de prudentia & de probabilitate
deducitur: ac proinde tūsus semper erit , quamecum-
que tandem partem eligat , quia utraque tūsa est : &
ipse certus , quod utraque tūsa sit : unde constat , se-
qui tūtiorem materialiter , non esse de præcepto , sed
de consilio : cum tantum de præcepto sit , rutam eli-
geret , sed utraq; tūsa est utique in hoc convenimus ,
præceptum esse , ut in dubiis tūtam partem ample-
ctatur , & nihil aliud per Sacros Canones statu : unde
si altera pars tūta sit , & certa , altera dubia , & profe-
cto relinquenda , & illa tenenda , juxta illud Au-
gustini , tenet certum , relinquere incertum : ut reverā si
aliquod iudicium auctor ponderasset , non adeo facilē

fieri debet in iis omnibus casibus, in quibus iura statuunt, in dubiis tuto rem, id est, turam partem eligendam esse: at si utramque partem tutam esse conatur, id est, talem, ut certo peccatum excludat, quod tunc ex iis, materialiter scilicet, non formaliter, nimirum ratione periculi remoti, eligenda sit, consilii est, non praeceptum: non tenemur enim ad melius, seu tunc, quatenus cum alio tuto comparatur; nec rem istam ad possessionem libertatis reducimus, sed ad certissimam conscientiae regulam, qua certò judicamus, usum illius opinionis rectum & prudentem esse, quam certò judicamus, esse vere probabile, id est, iis gravibus motivis nisi, qua ad prudentem assensum, quantumvis probabile, sint fatis: si haec serio auctor ponderaslet, non tam certò pronunciasset, probabilitatem ad honestam & sine peccato operandum, non sufficere, sed moralem certitudinem accersitam: nam nec moralis certitudine caremus in iudicio rectius, probabilitatis, & prudentis assensus, & probabilitatem cum dicta certitudine clarissime conciliamus, nempe stante utraque parte, quæ probabile, intellectus a voluntate determinatus alteri assensum præbete potest, et si non circa formidinem: ac deinde certò judicare, prudentem esse illius partis electionem, prudentem usum & turam proximam: quod verò pertinet ad Sylvestrum, quem auctor sibi ponit vultuere, quam nobis: illius verba adeo per ipsa videntur, ut de illorum sensu dubium esse non possit: Non obstat, inquit, in summa v. opinio, numero 1, quod in dubiis tunc pars est eligenda: quia non est in dubio, qui probabilitus rationibus flectitur ad unam partem: nec incertum dimittendum est, &c. quia tenet iste certum, &c. Addit deinde, v. scrupulus, hoc esse consilium, non praeceptum, &c. nec ille est in periculo, qui probabilitus credit, &c. Equidem, v. dubium, q. 2. n. 4, si periculum imminet peccati mortalis, ex electione unius partis, cum haec turam non sit, alteram eligendam esse docet, in quo cum illo convenimus: hoc enim accidit, cum illa pars est tantum probabilitus probabile: nempe si certò probabile est, nullum periculum illius electione inducit.

28. ANTIM. Locus Cajetani, quem ibidem, num. 11. fatis prolixum auctor exscribit, parum aut nihil nos monet: Icimus enim, Cajetanum pro a sententia stare, quæ partem illam tenendam esse adstruit, quam ratione sufficienti ad moralem certitudinem faltam esse, conatur, relecta opposita, opinativa scilicet & ambigua, nec non cum formidine conjuncta, cui certè operatio committi non debet: alioquin regulæ ambigua & periculo peccandi committeretur, quod conatur esse illicitum. Bartholomæus Medina, istam Cajetani sententiam refutat, illiusque firmamenta accuratissime desiceat, in 1. 2. quæst. 15. art. 6. Faltur enim Cajetanus: 1. quia partem unam moraliter certam esse potest, stante altera probabili & opinativa 2. confundit certam cum turam, id est, immunit a periculo peccandi, quam tamen non modo non certam, verum etiam minus probabile esse conatur, ut læpè diximus 3. quia vult, licet diversi auctores contraria sentiant, id est, aliqui hanc, illam alii partem contradictionis teneant, a que defendant, vult, inquam, stante hujusmodi contrarietate, unam partem certam esse, sed quomodo certa, si opposita probabilis. 4. non videat rectè distinguere iudicium speculativum probabile de veritate objecti, à practico certo de usu illius: quod autem multi, ut ait, nesciant distinguere certitudinem moralem à Mathematica, nihil ad nos, qui profecto illam ab ita, in-

& à Physica probè distinximus, de quo alibi, nullam tamen certitudinem stare dicimus unius partis, cum probabilitate alterius: denique fallitur Cajetanus, dum regulam, scilicet proximam, humanæ operacionis à nobis statu docet, ipsam opinionem, siue hæc sit probabilior, siue minus probabilis, a proximis ambiguum: fallitur, inquam, quia non agnoscimus aliam regulam proximam, nisi dictam rationis, seu iudicium practicum certum, de quo supra, illudque verè deductum ex alio certo, de vera probabilitate, & prudenti assensu: unde rejicies ea, quæ auctor conget, num. 12. ubi vult, iudicium illud speculativum, vel ipsam opinionem probabilem esse legamus: quia ex illo practicum efformatur & lequitur; utrumque ex dictis fallum esse, conatur; nempe regula propriæ sumptu quadrat in usum, proximum, actionem; cum tamen opinio in veritatem objectum probabilem cadat.

29. PITHANOPH. c. 11. ex Cajetani doctrina auctor argumentatur, utens opinione, qua opinio est, exponit le periculo peccandi, sed antequam ultima procedat argumentum, hoc nego, & contrarium sibi praemonstravimus: quod autem concludit, num. 6. certitudinem moralem, ad agendum sive peccato, necessariam esse, facit utrum, nimirum iudicij practici de usu opinionis, & speculativi de probabilitate illius, non verò ipsius opinionis, vel assensus speculativi de veritate objecti. Fatoct etiam, operantem certum esse debere de honestate sui actus, nimirum per iudicium illud practicum certum de usu honesto & prudenti opinionis: unde utens opinione vere ac certò probabilem omni certus est, non ambiguius, ut dicit auctor. Certus, inquam, non tantum de honestate formalis sui actus, verum etiam de honestate illius objectiva: nempe iudicio illo practico iudicio, illius usum opinionis est, honestum: igitur certus sum de honestate usus, quod quo importat nimirum operationem, & illius objectum: igitur ratione utriusque honestus est, repugnat enim, certò iudicari usum esse honestum, id est, talem actionem, circa tale objectum verantur, nisi praedictum iudicium honestatem utriusque, conjunctim attingat, unde ruit subtilius argumentum auctoris, qui vult honestatem objecti esse ambiguum: in quo errat, nempe honestus usus certa est, non ambiguius; illa autem, utramque, nimirum formalem & objectivam, comprehendit.

30. ANTIM. Mirum est, em aliquoquin non addicibilium ab istis hominibus non videnti: auctor, v.g. pactum trium contractum non esse usurarium: iudico, hanc assertione esse verè ac certò probabilem: igitur certò prudentem, igitur tam formalem, quam objectivam: cum repugnet unam esse sine alia, unde iudicio, illius usum certò prudentem & honestum esse, idque tam formalem, cum objectivum: licet enim probabile tantum sit verum esse, et tamen certum, quod sit probabile, seu probabilitus verum: unde probabile est veritas, ut certa probabilitas illius objecti: igitur certa prudentia, igitur certa honestas.

31. PITHANOPH. Si hæc propositio, vel assertio, vel opinio, tale patrum non est usurarium, est tantum probabile, etiam hæc, tale patrum non est illud, ut peccaminosum, erit tantum probabilis: igitur probabilitatum est abesse peccatum, igitur non certum: iudicium igitur illud practicum, quo iudico, me non peccare, si utrali patro, non est certum: nempe eodem modo iudico abesse peccatum, quo iudico abesse usuram: sed iudico tantum probabilitem,

habet abesse usuram; iudicio igitur probabilitate peccatum: hæc mihi satis difficultia esse videtur.

33. ANTIM. Tu quoque, Pithanophile, confundis iudicium speculativum cum practico; cum tamen non ab alio differat; nempe objectum speculativum est veritas objectiva; nimurum, quod huic iudicio iusta non infit; practici vero est honestas usus vel padis nimurum, quod usus talis pacti sit prudens, ac proinde honestus, ac proinde à culpa immunit, nisi vides, ni fallor, quantum unum ab alio differat; nunc non mirum est, si iudicium speculativum sit tantum probabile, practicum vero certum; ac proinde si probabile tantum sit, abesse usuram à pacto speculativo confidetur, in suis puris terminis, ac proinde preceindendo ab electione, usu & praxi: tamen vero, abesse peccatum ab illius usu & praxi: unde illud etiam quod dicebas, eodem modo iudicium speculativum ad iudicium, quo iudicio ab eo abesse usuram: nam diversa sunt iudicia, primum enim cadit in iudicium speculativum, & tunc practicum certum; per quod scilicet iudicium, si non illud est prudenter, ac prouidet abesse peccatum; & vero cum peccatum ab iudicium non possit, iudicium illud quo iudicium abesse peccatum, tamen necessarium in usum & proximali pacti, ab aliis vero iudicium, quo preceindendo ab illius usu, abesse usuram à tali pacto, speculativum facit, cum in nudum pactum, in puris suis terminis consideratum, quibus non inesse usuram, probabilitate, ac proinde prudenter affero & credo: iudicium, quod iudicium istud speculativum si non probabile, illud vero practicum certum, quod est ex alio speculativo, sed modali & rekenario necessario sequitur, nimurum ex eo, quod iudicium opinionem esse verè probabilem. & potius, illam opinionem esse verè probabilem. Unde sequitur, electionem illius prudenter, nem usum prudenter esse: hæc scilicet ac iudicium inculcata fuerunt, quare ne mihi quæsio super his negotiis facetas, & in futili ludas æsumus.

34. PITHANOPH. Rem prorsus intelligo; unde iudicior, quando negat, scilicet opinione tantum probabile, honestatem operationis certam esse non posse, quia certum est, usum illum esse prudenter, quando honestum, id est, pactum illud, à quo usum habet, probabilitate iudicato, esse honestum, licet non peccato immune, nimurum ad proximam deductionem, inde in illo usum praxi, operatione, certa honestas desideratur, tum formalis, tum objectiva, tum una sive alia esse potest, eaque terminat iudicium practicum; igitur probabile tantum est, abesse usum a tali pacto nudum & in puris terminis sumptuoso vero est, ab eo ad usum reducte abesse peccatum. Unde est honestum objectum, ac proinde honestus & honesta operatio: sed ad caput 12. venimus, in quo auctor eadem, quæ supra repetit, nam opiniōnem notabiliter probabile esse monet, quatenus non habet ab alia parte minus probabile aliud, sibi moraliter contradicens, sed hoc repugnante in terminis, cum enim illa pars, quæ minus probabile dicitur, sit etiam probabilis, ut proinde gravi motu fratre, hoc certè probabilem contradicit, ut perpicuum est; eodem enim modo, ut nam patrem veram, & oppositam falsam adhuc igitur una altera semper contradicit, non tam per aliud convincens, ac proinde quod propter refutem non possit; unde vel utraque probabile est, vel neutra, sed altera certa, opposita nonprobabilis. Illud porro quod addit, num. 2.

saltem adversarii nostri cum illis consentiunt, quod scilicet opinionem probabilem è medio tollant; quamvis alioquin ad agendum necessariam; cum in multis ac fere innumetis certitudo etiam moralis obtineri non possit, illi verò gratiam sufficientem etiam necessariam, si enim hæc desit, præcepta Dei sæpè ac sibi sunt impossibilia: sed hæc mittamus, quæ ad rem nostram parum faciunt; unum attestari contentus diètum illud Augustini ab his non semel usurpatum, *crimina sua, infamia alii, tegere cupiebant, &c.* quod de Donatistis scriptum reliquit, epist. 102, contra Donatistas, in nos minimè quadrare: quis enim Theologorum moralium, vel mutiebat eo tempore, quo primum *Wendrockius*, ac deinde *Baro*, aliisque, quorum nominibus parco, tamen acerbè miseros Casuistis excepserunt, ut ab *Heterodoxis* nunquam a-
cerbius excepti fuerint.

36. ANTIM. Sed pergamus Cap. XIII. ad quæstionem grammaticalem refertur; vult enim auctor, certum moraliter etiam probabile dici posse; sed cum bona illius venia, hæc duo sunt repugnantia: certum enim excludit formidinem, probabile includit formidinem; hæc ambo conciliet, si potest, & simul copulet contradictionem; eodem recidit illud, quod subiectum, nimurum, hæc tria, fidem humanam, opinionem probabilem, & moraliter certitudinem generari ex probabilibus; quod falsissimum esse con-
stat: nam ex probabili sequitur & gignitur tantum probabile, & certum ex certo: in hoc quidem conve-
niunt fides humana & opinio probabilis, quod utraque dicat formidinem; differunt verò eo quod hæc motivis etiam intrinsecis, illa verò extrinsecis nimurum auctoritate dicentis nitatur; cum tamen certi-
tudo ab utraque differat in eo, quod formidinem ex-
cludat; sed hæc a deo sunt facilita, ut Tyronum captum non excedant.

37. PITHANOPH. Quæsio, per te mihi licet sequens Caput XIV. obiter excutere, ubi dicit auctor, id quod certum est moraliter, probabile appellari. Aristoteles, inquit, 1. Eth. cap. 1. loquens de scientia morali & modo, quo in ea proceditur, hæc habet: *Oportet, veritatem figuraliter ostendere*, id est, ut interpretetur D. Thom. verisimiliter & probabiliter, *quia probabile est, quod est simile vero*: Sed, inquit, scientia moralis procedit ex certis: textum illum depravat auctor, cum S. Doctor illas voces non habeat, *probabiliter pro-
bable*; cur ergo illas addidit? deinde, ut non nego, aliquia in morali scientia esse moraliter certa, & forte pauca, ita pro certo habeo, plurima esse probabilia tantum, cum de omnibus fere disputetur. Alter locus excerptus ex Aristot. lib. 1. Topic. cap. 1. & opus. 39. S. Thom. de fallac. cap. 2. ab auctore etiam falsum est; sic enim auctor, *probabiliter dici*, *qua videtur omnibus, vel pluribus, vel præcipuis, vel maxime notis*. Ita autem Philosophus, *probabilia sunt, qua videtur omnibus, vel plerisque, vel sapientibus, atque his, vel omnibus, vel plerisque, vel maxime claris & notis*. Sic etiam D. Thom. *Probabilia sunt, qua videtur omnibus vel pluribus, vel sapientibus, aut omnibus, vel præcipuis & maxime notis*. Sapientibus, inquit, uterque, *isque, nimurum sapientibus, vel omnibus, vel notis & claris, nimurum doctis, quales sunt Auctores Classici, ut vocant, cur hec omittit?* deinde il-
lud videtur, Græcè δοκεῖν τὰ δοκεῖν, quod significat, videor, apparo, opinor, observandum erat, quod scilicet formidinem non excludit; sed, inquit auctor, hæc sunt moraliter certa; distinguendum sane est, si aleveranter ab omnibus statuantur, adstruantur, & ab eorum plurimis certa, & absque dubita-

tione, v. g. quod sit Constantinopolis, aut Pechi' num apud Sinas, concedo, esse moraliter certa, seculis verò, si omnes cum dubio loquantur, quamquam fieri vix potest, ut res aliqua dubia sit, & ab omnibus adstruantur; profectò ante 200. aut 300. annos multa communiter jactabantur, in Philosophicis, Theologicis, Astronomicis, Opticis, que jam ab omnibus, si non falsa, saltem minus probabilitate reputantur: tertius locus est D. Thom. 1. posfer. in proem. Sit fides, inquit, vel opinio, vel probabilitas, in quibus ratio inclinat in unam partem, cum formidinem alterius: Sed fides, inquit, certitudinem moraliter aliquid facit; esto, igitur & opinio, nego certitudinem: deinde fallavit etiam hunc S. Thomæ locum, omisit enim illud, propter probabilitatem propositionum, ex quibus proceditur: imò ex hoc loco definiatur omnino doctrina ab auctore supra tradita, quod scilicet, nulla restet formido, quando intellectus totaliter declinat in unam partem contradictionis, quamvis S. Doctor disertè addat, licet cum formidinem alterius; alioquin si non totaliter, non est opinio, inquit D. Thomas, sed *suspicio*. Quartus est Sylvestri, non probabile, ubi postquam diversos modos exposuit, quibus aliquid dicitur probabile, addit, secundum Cancellarium, probabile dici, moraliter certum, quia certitudo moralis contingit ex conjectura probabilibus, *figuris & figuralibus*. Dubitari non potest quin certum moraliter, sit probabile *Physicum*, & *potiori jure Metaphysicum*; neque enim, qui moraliter certus est, probè advertit, fieri non posse moraliter, ut fallatur, quod ab prudens judicium practicum revera fatis sit; sic autem Sylvestr. & Cancellarium explicandum, esse, ducimus, sed hæc nihil ad nos; si enim una pars est certa moraliter, altera probabilis moraliter dici nequit; stante igitur ista verè probabili, etiam minus, fieri non potest, ut sit moraliter certa sit. Quintus locus est Thom. Sanchez, in summ. lib. 6. cap. 3. ubi dicit, nos tantum obligari ad operandum cum moraliter certitudine, qualis in opinione probabili reperitur: ita est prorsus; nam si est opinio verè probabili, judicium practicum certum est, saltem moraliter, ut supra sèpè docimus; dixi saltem moraliter, quia non raro est certitudo *Physica*, aut *Metaphysica*, ut quando judicium practicum est certum, vel ex assensu divinæ fidei, vel ex principiis evidenter.

38. ANTIM. Antequam ad aliud Cap. gradum faciamus, observo in eo textu Aristotelis excerptum ex lib. 1. Topic. cap. 1. exprelse legi, ea nonnullis videi probabilitate, quæ tamen probabilia re ipsa non sunt, quod alias dixisse memini, nonnullis licet refragantibus, qui esse & videri probabile, idem esse putant: observo item, hanc vocem *probabile* apud nonnullos antiquiores ab contingenti circa annis, idem sonare ac probatum, *legitimum, authenticum*, sic dicitur scripturæ probabiles, loca Patrum probabilia, &c. observo denique, judicium illud practicum circa usum opinionis verè probabilis esse quod dem certum moraliter, quia sequitur ex alio moraliter certo de probabilitate opinionis, assensu prudenti, electione prudenti, &c. posse tamen novum judicium quasi reflexum inde formari, quo, certò judico, stante illo primo judicium practicum, seu proxima regula operationis humanæ, fieri non posse, ut pœcilem, dum illam actionem elicio, circa quam primum illud judicium practicum, seu dictamen rationis versatur; fieri non posse, inquam, non tantum moraliter, sed etiam *physicè* & *metaphysicè*; licet autem

autem hoc secundum ac reflexum iudicium elicit, non est tamen necessarium ad recte agendum, immo est potius speculativum, quam practicum, contentum scilicet in illo principio universali ac ente metaphysice, quicquid cum recte ac certo mandat dictamine rationis operatur, non peccat. Iusta mera quaestio erit de nomine, si id, quod est omnino probabile, certum moraliter auctor appellat, immo mera esse videtur abusus vocis; nempe vel utrumque moraliter accipi debet, nimirum certum & probabile, vel utrumque physice, ne in diverso deo, & sub diverso respectu, ut vocant, loquuntur; hoc autem statuto, ut revera statutum debet fieri, non potest, ut idem probabile simul & certum sit, sub eodem respectu est, sive physice, sive moraliter; nam certum moraliter excludit probabile, & facundum moraliter physice quoque certum, physice; unde, neutra pars oppositum simul certum moraliter, ut repugnat, dici non potest, quod alia certa sit moraliter, stante scilicet utriusque probabilitate; quia enim iure una certa moraliter dicendum, cum aliam diciposset; cum utraque gaudet mera gravitas & sufficiens ad prudentem aseleum, quam alteri minus gravibus; nemo enim negat, quia grave & gravius, probabile & probabilius dicuntur; & verò ut intellectus assentit, ut tantum probabile, cum formidine, ne fallatur, ita & probabilius cum eadem formidine, quia potest esse major & minor; unde, si omnis formido absit, alia certa sit moraliter quidem, si formido mera tantum absit, id est, ita intellectus moraliter alios esse videatur, ut formidare, seu dubitare non censetur; physice verò, si formido physice absit.

Ex Capitum XV. refutatum manet; licet omnia sita specie distincta circa eandem materiam recipi possit; quis hoc negat? si tamen motivum alio est tantum probabile, vel tale reputatur, fieri possit, quidquid auctor dicat, assensum alium à possibili esse: sed, inquit, eadem motiva diverso modo applicata diverso actus specificant; quid enim est, diverso modo applicari, eadem scilicet & relata, quod ad partem oppositam, & absolute; sed hoc non sibi refutatum est, & dictum, manere semper inveniuntur in fine probabilitatis, sive majoris, sive minoris, sive equalis, stante scilicet vera & certa probabilitate partis oppositæ; ac proinde a dictum probabilitonem certum ab ipsis specificari, nisi quis per errorem in illa certa reputet; de quo cau non est quod, nempe de probabilitate & certitudine obprobabile agimus.

PITHANOPH. Repetita auctor cap. 16. quidam sese fuisse dixerat, & in summam redigit, & quodammodo assertit, minus probabilem in concursu probabilitatis notabiliter non sufficere, ad hominem; & vult, hanc esse mentem S. Thoma a Mercato explicatam; sed jam ostensum est super alio loco, S. Thomam à nobis stare juxtagemineam S. Antonini, Sylvestri, & aliorum Thomistarum, h̄c etiam impugnat Stephanus explicationem, qui sanè nostra defensione non indiget; sed quoso, mirare totam auctoritatem alio loco, quæ mihi videtur continere repugnare. Opinio probabilitatis, quæ probabile, affirmativa in concursu cum altera negativa, notabiliter probabili, illicita in æquilibrio, & quasi æquilibrio probabilitatis, respectu ejusdem operantis, tertia pars sit eligenda. Quam multa quælo repugnantia; si est probabilis formaliter, cur dicitur certa? cur probabilis improprie? si est opinio probabilis in concursu cum altera, nimirum opposita, cur hæc dicitur improbabili; deinde quomodo dicitur minus probabilis affirmativa licita in concursu, cum altera negativa notabiliter probabili, illicita? omitto æquilibrium illud probabilitatis, quod jam ponderasti: voluit tantum dicere auctor, probabiliori notabiliter esse tenetam, quia certa est; stante verò æquilibrio, id est, neutra stante notabiliter probabili, tertiorem esse eligendam.

40. ANTIM. Sed pergamus: vult enim auctor, num. 12. argumenta, quibus hæc doctrina probatur, esse omni ex parte conyincentia; vel unum convin-

convincens libenter acciperem. Remittit nos ad D. Fagnanum, sed hunc brevi conveniemus; rejicit autem, quod nosti dicunt, iis dumtaxat argumentis convinci, dictamen rationis certum esse debere, non verò judicium præviom, nimirum assensum speculativum ipsius opinionis; vult enim, hoc judicium præviom, etiam certum esse; quia in syllogismo dictaminis continetur, id est, quia ex illo dictamen sequitur; unde certum esse concludit, cum certum ex certo tantum sequatur: sed in hoc fallitur, ut jam supra ostensum est; si enim sic procedat ratiocinum, paucum trium contractuum non est usurarium, igitur non est illicitum; probabile tantum sequitur ex probabili; unde ex vi illius antecedentis, consequens erit tantum probabile, igitur quatenus certum est, ex illo assensu probabile non sequitur, sed ex alio judicio certo, nempe ex certò prudenti assensu, sequitur certò prudens usus; sed prævius ille assensus est certò prudens, quia est certò probabilis; igitur ex eo sequitur certò prudens usus; ac proinde honestum, id est, in non peccare hic & nunc; & hoc est dictamen, quod est proximum directivum operationis humanæ; at verò dictaminis directivum non est præviuum illud judicium probabile, de quo supra, sed aliud certum, ut dixi, quod miror ab Adversariis hucusque dissimulatum fuisse; ex quibus probè intellectis, illa omnia corruunt, quæ reliquo capite auctor disputat.

43. PITHANOPH. Sed illud præ ceteris mirum videtur, quod dicit, *num. 18.* dictamen illud formaliter sumptrum & immediate directivum humanæ operationis esse *infallibiliter* certum, id est, non physicè modo, verum etiam metaphysicè; at verò moraliter tantum, quatenus sequitur ex prævio judicio moraliter certo; dixi hoc mirum esse, quia quatenus est certum *infallibiliter*, vel est per se notum, & hoc non, ut pater; vel ex alio sequitur, & hoc non, quia sequitur tantum ex moraliter certo; dicit, hoc habere ex modo tendendi in suum objectum, quod est verum ut verum; hoc certè mirabilius est, quia intellectus tendit in quodlibet objectum sub ratione veri, id est, in verum, ut verum; igitur in hoc actu, diversis non est ab aliis tendendi modus; deinde vel illi tendendi modus pendet ab arbitrio, & hoc non; quia quantumlibet conetur voluntas, non potest naturaliter determinare intellectum ad talen tendendi modum, quo elicere aetum certum circa objectum, sub probabilibus dumtaxat motivis propositum; vel non pendet ab arbitrio, sed a motivo, quod cum ab auctore statutum tantum moraliter certum, ex eo talis tendendi modus non sequitur, quo intellectus aetum elicere *infallibiliter* certum. Evidem, ut supra dicebas, per aetum reflexum, hoc judicium physicè certum elicere possum, quod is, qui secundum dictamen conscientia moraliter certum agit, non peccat, quia in moralibus Deus ab hominibus nihil aliud exigit; ac proinde non peccare, dum hic & nunc illum contractum ineo, cuius usum honestum esse illud, per dictamen moraliter certum: nonnulla deinde habet de prudentia, sed hæc nihil ad rem, aut præsentem questionem; licet enim præviuum judicium sit probabile, hoc tamen non obstat, quin verè prudens dicatur; nempe cum certò conferat ad eis motiva gravia, & rationabilia, ac proinde sufficientia ad prudentem assensum, illud judicium quo judico hic & nunc, dictum assensum elicendum esse, est actus prudentia, & dictus assensus probabilis, objectum prudentia, unde prudens deno-

minatur pari modo cum certò conset, usum talis opinionis esse tutum, & à peccato immunem, & ex aliis circumstantiis, habeam, ad finem propositum, honestum scilicet, obtinendum conducere, judico, tali opinione hic & nunc tendum esse; quod judicinem, actus prudentia, si que certus; usus vero illius obiectum, unde prudens appellatur, sed frustra in his que clara sunt.

44. ANTIM. Quod tandem ultimo loco addit, nimirum *n. 23.* & *24.* gratis imò perperam dictum viderit; vult enim dictamen formaliter sumptrum, non habere suam certitudinem à judicio illo prævio, secus vero materialiter sumptrum, sed quæc, unde haber certitudinem suam, quatenus formaliter somtrit? nos certè rem hanc facile omnino explicimus supra, nec solis verbis contenti, rem ipsam præ oculis possumus; sed quid mirum, si ex judicio prævio, nimirum ex assensu illo speculativo, judicium practicum certum infallibiliter, ut vocat, deducit nos poret, cum ex eo, utpote tantum probabili, judicium practicum certum moraliter sequi non posse; sed ad caput XVII. descendamus, quod reuel aucto omittere jure poterat, in quo scilicet a Theologis moralibus per intolerabilem calumniam imponit, quæ D. Augustinus Academicis exprimat.

45. PITHANOPH. Hæc eadem contra Jesuitas Wendorckius exscriperat, nos. in Epist. 5. scilicet *3. §. 6.* eumque Stubrockius breviter quidem, efficaciter tamet refutat: nam Academicus, merum verisimile probabile esse, volebant; quod reverè nobis istis non est; licet enim omne probabile sit verisimile, non tamen vicissim omne verisimile probabile est. At tantum curabunt, non quod reverè & indubitate probabile esset, sed quod probabile cuique videatur, ut constat ex ipsius Augustini verbis; aliud autem est esse verè probabile, aliud videri cuiquam probabile, ut supra ex Aristotele inanum, ex proximo diserto illius loco. 3. in quacumque materia, religionis, fidei, morum, & legum, volebant, quemlibet totum adstruere posse, aut negare, quod ipsi, aut cuilibet alteri videbatur, quo certè, quid magislium à Catholicorum sensu esse queat, reverè non video. 4. nullum unquam assensum præbebant Academicici, nescilicet errarent; licet ea facerent, quibus minimè assentiri vellent; nos vero prudenter assensum præbemus; quand scilicet motivis gravibus & rationabilibus opinio constat: cum tamen illi qualibet motiva etiam levia, & quæ admitterent, si omnia illi probabilia, & nihil certum esse docebant, idque in qualibet materia; nos vero illa omnia, que ad religionem & fidem pertinent, certa esse tenemus item in moralibus nunquam sine judicio practico certo, delicta actione, agendum esse dicimus; quod etiam stare non potest, sine judicio certo, probabilitas, prudentis assensus, electionis, &c. præter immensas demonstrationes Geometricas, quibus ad omnia Physica experimenta, à sensu non vittato, aut impedito, sed recte atque, ut par est, applicato comprobata, quæ certa physicè esse constat; nihil igitur nobis cum Academicis, quibus, quid quisque teneret, arque probaret, quid cuique probabile videatur, vel improbabile, perinde fuit; ac proinde illi omnia indiscriminatim approbabant simul, & improbabant.

46. ANTIM. De Wendorckio, mirum forte illa non fuit, quid enim mirum, si Jesuitas & Doctores Catholicos suis infamet & laceret calumnias, eadque pro Academicis, Scepticis, imò Atheis disserunt, traducunt.

trahat, cum fidem ipse ac religionis sacramentum impinguem non vereatur, & illius calculus de regula non nullus momenti censendus sit; ut pote qui certus, dicit, & faciat, que aperte constat manifeste, immo pessima, à nullo unquam Caluista, et maxime non dicam approbanda, sed ne eadem toleranda; nempe infinitam penitentiam penitentiam vim edere, ac solletere, multiplicatis etiam editionibus spargere, mille columnis, impostu-ia, convitii & fallimenti scatentium, errores ab Ecclesia damnatos defendere pertinaciter, omnia misere factiobus, nullum, non movere lapidem, contra idem Apololicalm, eidem praefacte obsertere, averti, refragari, ac bellum moveare, alios ab obseruantiem eam, malis artibus, amovere, omnia de-magere, per summam audaciam, qua fiat, ut nec Episcopis, nec Principibus, nec Regibus, nec Summi Pontificibus eorum furor pepercit: At quod Catholicus auctor pessimi & doctissimi scriptoribus, quos haud dubie suscipere ac vereri debent, Academicorum senia & mores imponat, nonnum omnium flagitorum auctores illos faciat, ut hinc dicam, quod sentio, nonquam in mente alius mutuus cecidisset, aliquid id factum

47. PITHANOPH. Locus S. Thom. quem sub-
neat, num. 8. seqq. 14. de veritate art. 1. excerptus, p. 208 supra discussus & explanatus est; nemo enim negat, dari assensum opinativum, id est, cum formidine oppoſiti conjunctum, unde quando Doctor Iustitiae, negare videretur opinatus assensum, intelligi debet de assensu constat au-
to, opinativum certum non esse; quod autem in-
dubio non feratur per assensum opinativum in-
veigil, sub ratione veri, repugnat in terminis;
nam ictus in suum objectum sub tali ratione
assentetur idque duobus modis, primo ferrur
tunc certa, dicit, absque formidine, quod fal-
sabile est; secundum probabilitatem, ut sic lo-
quuntur, cum tali formidine hoc tamen non facit,
quod assensus sit indifferens, ad verum & falso;
tamen, vels illius sit per se necessarij, licet quo
dicitur dñe, nec fieri potest, ut si verus est;
tamen, & vicissim, quod autem ut conclusio
aucto, doctrina nostra cum doctrina Academicorum
conveniat, tam falso est, quam quod maxi-
mum; nam prater quinque aperta discrimina
vocantur, et que, ut vocant substantialia,
aliam alia recenseri possunt, nam prater quam
nihil Academicorum certam probabilitatem nullam ag-
itant, a propria nullam certam prudentiam,
aut certum prudentem electionem, nec dicuntem cer-
tationis; quamlibet ipsi probabilitatem, et
in dubio, & levissimum fultum motivis ad agen-
dam adhibebant; immo nihil certe improbabile ad-
seruntur; omnia igitur dubia humana, divina, sa-
cra, bona & mala, unde nulli proflus rei
admodum praeberi posse dicebant, nos au-
tem quam multis certum assensum praebemus; quam
multus assensum cum formidine, opinativum? quem
quicquid negaverit, lucem non videt de me-
dico, immo fidem omnem humanam è medio tol-
lere, & levissimum fultum motivis ad agen-
dam determinat, non modicum vulnus infligit;
sunt forte hec modi hominum praecipius finis est,
et certe Icos, novatorum saltum, Sinnichii, Vin-
centii Baroni, &c. nec est, quod assensum origi-
nem a Doctore Angelico negari, auctor dictat;
quella sancti Doctoris verba supta recitavimus,

48. ANT. Libenter ex auctore isto quærerem, utrum omnia, quæ ab ipso tradita, scripta & ex-
plicata fuerunt, in libris, pulpitis, cathedris, certa
& indubitate esse putem, vel tantum probabilia,
majori saltem ex parte; si prius, vel ipsi hallucinatur,
qui probabilia & multa fortè improbabilia
pro certis venditat; vel omnes ferè alii, qui contra-
ria sentiunt, turpiter errant: vix autem sibi quis-
piam persuaserit, hunc unum sapere, reliquos omnes
ex quædoctos, & plerosque fortè doctores halluci-
nari: si vero probabilia tantum reputer, vix scio,
quomodo is exigitur culpa, qui tam multa ver-
bo & scripto adstruit, quibus tam enim assen-
titur: si quis diceret exterius, credo in Deum, inter-
ius tamen diceret, se non posse credere; quo am-
bos epitheto illum honestandum esse, putares Pitha-
nophile, & nunquid hoc non est contra mentem lo-
qui? dico credo, & non credo, dico, verum est, &
sentio, indifferens esse ad verum & falso. Quod
autem Academicis auctor attribuat, sub finem nu-
mer. 10. judicium certum de honestate sua opera-
tio-
nis, illorum principiis penitus adversatur, ex qui-
bus, nihil certum esse dicebant: fabulosum igitur
& fictitium discursum iis affingit. subiectum de-
mum, ad inviam, opinor, tritum illud, quod scilicet
quis sequi possit in praxi opinionem illius opo-
sita, quam ipse tenet; nec enim hoc dicimus, nisi
utramque opinionem verè probabilem esse, certò
confer; cum tamen Academici dñe quapiam ab alio
quamvis temere adstruxerit, hoc ipsum dicent; unde si, ut nobis immemor sanè imponit auctor, Aca-
demicorum doctrinam in hoc sequeremur, stare possumus dictis cuiuslibet Hæretici, Calvini, Lu-
theri, Mahometis, Arrii, &c. facile retorqueretur ar-
gumentum, nisi me Christiana charitas retineret;
quid enim ex dicta libertatis humanae violatione
absurdi, turpis & impii deduci, & per necessarias
consequentias inferri non posset? Sed abstineo, il-
lud unum dixi contentus, ab ipso dissimulatum,
vel minimè intellectum fuisse; id, quod dicimus, ni-
mirum judicium practicum certum non sequi dire-
ctè & inmediate ex judicio prævio speculativo, tan-
tum probabile, quod est de veritate probabile ob-
jecti, verbi gratia, quod paetum toties appellatum
non sit usurarium; sed ex certo modali de probabi-
litate, & prudentia dicti judicii speculativi; quo se-
mel intellecto, nulla prout super hoc restat diffi-
culty.

49. PITHANOPH. Observa quæso, quid nobis af-
fingat, num. 16. nimis, doceri à nobis, operantem
licitè operari, quamvis improbable judicet, mate-
riam operationis sicutam; quis unquam talia? si enim
judicet oppositam suam opinionem improbabilem,
ergo suam non jam probabilem, sed omnino certam
reputat; quis autem eum licet operari dicat, cum
conscientia certa de opposito, & sed videamus, quo-
modo arguat contra nos ex Augst. n. 17. qui nihil ap-
probavit, nihil agit, esto; quam multa approbamus, id est,
quam multis assentimur, probabilitè quidem, op-
pando; et assensus probabilis, seu judicium specu-
lativum, quod sine absurdio negari non potest, certò
vero, probabilitati, prudentia assensus, electionis,
ut dicit opinionis, immo & sufficientia, ut sic loquar,
motivorum ad assensum prudentem; adde judicium

reflexum, metaphysicè certum, quod is non peccet, qui ex dictamine rationis certò agit: sed quomodo, inquit Aug lib.3. contra Academic. c.15. potest istud probabile ac verisimile actus nostros ab errore defendere? adhuc auctor punctum interrogationis, quod mutat sensum, sic enim loquitur August. cum otiosus diu cogitasse, quoniam modo posit istud probabile ac verisimile actus nostros ab errore defendere; primò visum est mihi, &c. Academicis enim initio adhucit, at deinde contrarium amplexus sic concludit, non enim solum puto eum errare, quis falsam vitam sequitur, sed etiam cum qui veram non sequitur; longè melius scripsisset viam, quam vitam, ut constat ex iis, quæ statim sequuntur, faciamus, inquit, duos viatores, &c. quid quæsto hæc contra nos? quasi vero dicamus, nulli rei assensum esse præbendum, ut Academicici; quid hæc ad questionem nostram? quid ad verè ac certò probabilitè moralia; quasi verò dixerit unquam August. omnia certò vera esse, & multa probabilita esse, negat; quasi verò vera via non sit, quam certum ratiōnis dictamen signat, & certa prudētia monstrat, in quo nec intellectus errare, nec voluntas peccare potest, etiam si fortè intellectus in iudicio speculativo errasset, quo scilicet prudenter assentitur, quamvis cum aliqua errandi formidine; unde patet nos, Academicorum partes non sequi, qui omnem assensum prohibebant opinativum, cum tamen minimè negarent, præberi posse; unde auctor Academicos longè in hoc superaret, qui assensum omnem opinativum è medio tollit, quod meo iudicio dictu absurdum est: nec obstat, intellectum, ut dixi, falsi posse in assensu illo probabili, nec enim fortasse, ut ait ibidem Augustinus, omnia qui errat peccat, nimisrum voluntate; quis enim dicat, prudentem assensum peccatum esse, uno verbo, quisquis libros illos August. attēnē legerit, quos ante baptismum ipse scripserat, nihil profutus contra opinionis verè ac certò probabilem, ut dixerit testatur ibid. cap.16. per totum; immo hujus capituli titulus sic habet, facere quod videtur probabile, citra assensum, nefarium est; & re ipsa juvenem illum ibi appellat, cui videtur probabile, adulterium malum non esse, quod certè verè probabile dici non potest; sed, inquit, n.22. & sequentibus, in iis faltè casibus, in quibus est locus disputandi, valet Augustini argumentum, quibus, ut alii probabilitatem adstruant, ita non deflunt, qui eamdem penitus abrogent, cum bona hujus auctoris venia, unum dicam, ab eo scilicet dissimilari, verum & unicum hujus difficultatis cardinem; licet enim de quopiam contractu, v.g. diversi auctores diversa sentiant, & hi usurpari, illi verò non usurpari adstruant; hoc tamen non facit, quin tam hi, quam illi utramque partem probabilem reputent; in quo hie auctor ferè semper hallucinatur: unde tum hi, tum illi certò & rectè judicare possunt, usum utriusque partis licitum & tunc esse; igitur a peccato immune, si enim certò judicarent, peccatum inesse, inde judicarent, non esse verè ac certò probabile, cum tamen certò proba-

bilem utramque statuant; unde non omne probabile liberat à peccato, sed verè ac certò probabile. Deinde eidem argumentum contra probabilitorem partem retorqueri potest; nulla est enim ferè probabili, quæ à nonnullis aut aquæ, aut minus probabili non reputetur; igitur nec ipsa etiam probabilitate eximit peccato, si opposita tunc est; quo argumento Baro censet, etiam in concursu probabilitioris, minus probabilem rutiorem eligendam esse: quod autem dicit Cornelius ab auctore citatus, nullum ferè contractum civilem esse, in quo non sit opinio damnans eum ut illicitum; ita est, non tamen dampnat illum ut improbabilem; immo nec absolute ut illicitum in praxi, sed tantum speculativè & condonat, nimisrum si est usurpari, est illicitus: nec enim ex hoc antecedente contractus est probabilitate significans, sequitur absolute, ergo est probabilitate illicitum, ut utrum monui supradictum, illicitum & peccatum indidit præmix: ergo si praxis, vel usus est probabilitate illicitum, certò licitus adhuc non potest; cum tamen ex eo, quod certò probabile sit, non esse usurpari, certum sit illius usum licitum esse; unde fallitur auctor num. 25. ubi dicit à nobis concedi eum de contractu, quo ad praxim licitum & illicitum esse probabilitate: quis hoc dicas, nisi enim certò licitus sit, certò illicitus est, uti ex principiis supra traditis explicuimus; falsum est etiam, quod dicit, à nobis concedi, nimisrum in omnibus casibus reperi si semper probabile sufficiens ad honestè operandum, quod falsissimum est: nempe certò tantum ac verè probabile ad hoc sufficit, & nullum aliud, nimisrum incertum & dubium, certò autem probabile, ibi non est ubi utraque pars certò probabile non est; unde fugimus illud absurdum, quod nobis iminētò imponit: nam reverè ut definiamus, utramque partem certò probabilem, multa prædiscrepanda sunt & disceptanda; dictamen aures conscientiam à libero voluntatis arbitrio non pendas, cum nullum esse queat in materia probabilitati, nisi certò probabile esse, constet, stante autem utraque certò probabile, necessariò ac certò iudicio, usum utriusque licitum & tunc esse; igitur licet volumus hujus, vel illius usum eligere posset, prout sibi placuerit, non tamen hoc vel illud dictamen imperat, sed hoc ut mitissimè loquar auctor dissimulavit, in gratiam Mecenatis. Quod autem August. veram & certam probabilitatem, ex qua dictamen certum necessario sequitur, refutaverit, his argumentis, quibus contra Academicos disputavit, abique manito errore dici non potest; cum enim Academicici huius certum esse, dicent, certam probabilitatem minime adstruebant; igitur certam probabilitatem adseruit. adversus Academicos refutandam minimè falso cepit, ne dum re ipsa refutaretur; sed tantum incertam, creperat, & dubiam illam, qua probabile censetur quidquid alicui probabile videbatur. Facilius igitur illi qui nobis Academicorum insaniam, & impietatem affingunt; nos iis potiore jure longè meiora non quidem affingere, sed merito exprobrius possemus; sed patemus, ne recriminari videamus.

51. PITHANOPH. Addi fortè posset, August. si scripsisse, antequam sacro fonte tinctus fuisset; debet enim ex tempore Rhetoricam, ne dum sacra & divinis literis instructus erat; unde non id est dilectile forer, Augustini argumentum solvere, quia non est dubium, quin Academicici nonnulla admittent, rata & fixa; verbi gratia, illud, nulli rei effectu sentiendum; hoc enim ipsi profitebantur; item illud modo quis sustineret assensum, us ramen officia defungit.

mur in dubio ; ad hæc igitur illa regula non pertinet ; unde videas, quām reūtē disputent Adversarii, qui totius questionis statum non intelligunt ; melius forte aliquis dicet stante utraque parte verē ac certō probabili, frustra queri utram partem eligere teneamur, cum scilicet utraque tuta sit, & per iudicium practicum de tuto utriusque sit omnino certissimus, unde cessat quæstio ; & in aliis congressibus dixisse, memini, sententiam nostram, quæ negat, nos ad probabilitatem teneri, esse moraliter certam, oppositam vero, quæ adversiorum est, moraliter improbabilem ; pauci enim auctores, ut numero ita & auctoritatē reliqui adeo impares, certam probabilitatem opinioni suæ conciliare non potuerunt ; quid enim Baroni, Gonet, Merco, eum S. Antonino, Sylvestro, Paludano, I. opes, Soto utroque, Ledelma, Medina, Victoria, Baguez alisque fecerūt innumeris Doctissimis Thomisticæ Scholæ luminibus ? quid D. Fagnano cum Navarro, Navarra, Medina, Panormit. Montesino, Garcia, Maldero, Bonacina, Palavic. Delug. Bellarm. alisque pīflimis & literatissimis auctoribus ? quid Marinario cum Pet. Cornejo, Joanne Lezana, aliique Carmelitani Ordinis scriptoribus ? quid August. de Angel. cum Stephano Spinola ? quid denun Comitolo & Candido Philaletho, cum Suarez, Vaiquez, Leflio, Molina, Sanchez, & innumeris propemodum aliis, ex Societate nostra ; unde conitatur, adversiorum sententiam vix esse probabilitatem probabilem, cum tamen nostra moraliter certa sit : sed quælo, pergamus.

53. PITHANOPH. Cap. 19. proponit cujusdam eruditissimi Theologi objectionem sibi per literas factam, circa hunc syllogismum dictam: vis ad auctore adstructum. Possum facere quidquid est licitum; sed cambium recourse est licitum: ergo possum illud facere, & fatetur, conclusionem esse tantum probabilem; quia mindat tantum probabilis est; quare substituit alium syllogismum in hunc modum: licitum est mihi cambium illud facere, quod probabiliter licitum est; sed cambium recurso est probabiliter licitum: ergo licitum est mihi illud facere, utraque premissa hujus syllogismi, inquietatim, certa est; quid mirum ergo si certa est conclusio, quia dictamen constitutum. Hec refutat auctor suo modo; sed nihil ad me: illud unum dumtaxat observo, majorem propositionem sub dupli sensu accipi posse, velenum hunc sensum facit, illud mihi certo licitum est, quod probabiliter est licitum: & sic falsa est, & implicant in terminis idem esse probabiliter simul & certo licitum; hoc enim formidinem excludit, illud vero includit, vel hunc sensum facere intelligitur, illud est mihi probabiliter licitum, quod est probabiliter licitum, in quo sensu propositione est identica & nugatoria: quod vero spectat ad primum syllogismum, suis vitiis etiam laborat, non tamen iis, quibus eum dictio Theologus notat: nempe secunda illa premissa cambium recourse est licitum, non est tantum probabilis, sed omnino certa, ut jam supra indicasti in alio exemplo, pallium trium contractum est licitum.

54. **ANTIM.** In exemplis non requiritur lana veritas; quia tamen utraque propositio ejusdem conditionis esse non videtur; hæc enim, *padum trium contractuum est licitum*, revera certa est; illa vero *cambium recurso est licitum*, probabilis tantum; hæc enim in propositio, i.e. opinio, *padum trium contractum non est usurarium, vel in iustum*, vel veracertò probabilis; illa vero *cambium recurso non est usurarium, vel in iustum certò ac vere probabilis non est reputanda, sed tan-*

rum probabilitate, seu speculativè, uti appellare so-
leo; cum vel ipsi auctores, qui eam dannare non
audent, ad proxim reduci posse negent, sine multo
periculo; sed ut dixi, in exemplis non requiritur
veritas; unde datus, quod hanc opinio, *cambium re-
cursus non est usurarium*, sit vere ac certò probabilis,
prædicta propositio *cambium recursus est lictum*, om-
nino certa non verò probabilis tantum dicenda est,
ut jam indicavi supra; nempe illud prædicatum *li-
ctum*, involvit usum & proxim, quasi dicerem illud,
quod absque peccato ad proxim & usum reduci po-
test, unde ad judicium prædictum pertinet, non
speculativum præsum; quare ex alio capite casti-
gandus est memoratus syllogismus, nimurum, quia
secunda præmissa, ista videlicet, *cambium recursus est
licitum*, debet esse ipsamet conclusio syllogismi ju-
dicii prædicti, seu dictaminis, cum sit ipsum net di-
ctamen, seu judicium prædictum, quo certò judico,
abesse peccatum ab usu dicti cambi; immo conclu-
sio illa, ergo possum illud *cambium facere*, in minorem
illam resolvitur; nam subintelligit semper *licitum
facere*; ac proinde duæ illæ propositiones possunt
licitum facere hoc *cambium*, vel possum absque pecca-
to uti hoc *cambio*, vel *cambium illud ad usum ab-
sque peccato reduci potest*, & ita illud *cambium est li-
ctum*, vel ad usum absque peccato reduci potest, sunt
prositus eadem, & idem sonant; prima verò præ-
missa est identica, nempe hac, *possum facere*, *quid
quid lictum est*; que resolvitur in hanc, *licitum est*,
quidquid lictum est; velin hanc, *absque peccato fieri
potest*, *quidquid absque peccato fieri potest*; unde constat,
esse identicam.

55. PITHANOPH. Nos verò hujusmodi vitiis
minime laboramus; nempe ex certa probabilitate
sequitur certa prudentia tum afferens opinionis,
tum electionis, tum usum; sic autem formare syl-
logismum; usus opinionis certo probabilis est prudens;
sed hac opinio de *cambio recursus est certò probabilis*, igitur
usus opinionis de *cambio recursus est prudens*; si pru-
dens, igitur absque peccato, lictus, & honestus.
Prima præmissa est certa; si enim illius affer-
ens prudens est, electionem illius prudentem, usum
quoque illius prudentem esse, necesse est; ut non
semel a nobis demonstratum est per intrinseca princi-
pia opinionis probabilis, qua gravibus & ratio-
nalibus motibus nititur; id est, sufficientibus, ad
prudentem afferens; minor etiam certa est; quia
nullam opinionem probabilem, ad proxim nimurum,
admitimus, quam certò probabilem esse, non
confer, ex duabus denique certis præmissis, certa
sequitur conclusio; hæc verissima est totius hujus
controversia analysis, quam si auctor vel intellectu-
set, aut saltē non dissimulasset, de tota illa quæ-
stione longè melius sensisset, nec multa hoc loco
scripisset, qua cum veritate parum consentiunt,
immo quæ vix à quoquam intelligi possunt; con-
strue quælo & interpretare pauta hæc, que habet
num. 2. pag. 193. electio, seu factio Cambi, secundum
se, præsindit à lictu, vel illicito; à cambio lictu
ponitur in specie lictu, vel illicitu, nec in ipsa electione,
vel usu, ejusque specificatione, ad quam au-
tor tories recurrit, ulla tenus laboramus, electio
enim actus voluntatis est, cui prelucere intelle-
ctum, necesse est, quid porro eligitur: ipsamet
opinio; qua tandem certò probabilis, ac certò
prudens, qualis revera ab intellectu repræsentatur;
ex eo, quod judicet opinionem illam verbi graria
de *cambio recursus*, certò probabilem esse, & affer-
ere

sum, quem illius objecto præbet, esse prudentem;
unde non mirum, si prædicta electio prudens dic-
atur; id est, in specie prudentis electionis constitu-
tut; idem dico de usu, seu præs; utor enim opinione
illa, seu reduco illam ad proxim; qui usus etiam sp-
ecificatur ab illidem, nempe præsis externa & electio
interna sunt de eodem objecto; quid enim illud est,
eligere talem opinionem nimurum objectivam, nam
formalis eligi nequit, nec reduci ad usum, vel prox-
im, cum sit ipsemet actus intellectus opinacius, ni-
hil certè aliud, nisi velle illa uti, vel illam reducere ad
proxim; quid vero illud, uti opinione, seu reducere
opinionem ad proxim; nihil certè, nisi actionem illam
externam ponere, qua opinio illa objectiva
cambio recursus practicari, ut ita loquar, vel celebrari,
aut exerceri dicitur, cum autem per judicium præ-
dictum certò judicem, electionem illam prudentem
esse, usum item prudentem, ac proinde à peccato
immunem, quod judicium, seu dictamen ex certis
deduci, supra docimur, inde specificatur illa elec-
tio, & ponitur in specie electionis honestæ; item us-
us, in specie usus honesti, id que certò, non quidem
totaliter & adæquatè ab objecto remoto electioni,
vel proximo opinionis, nimurum ab eo quod est, *cambium non est usurarium*, quod est tantum probabile;
sed ab eodem, prout certa probabilitate & certa
prudentia vestitur, ac per judicium prædictum, et
certis deducuntur, voluntari, ad electionem & usum,
applicatur, unde his positis, non potest electio &
præsis non esse prudens.

56. ANT. R. Rectè omnino; inde autem errandi
occasione caprasse auctorem, manifestum est;
quod statuat, à nobis tantum admitti honestatem
probabilem objecti probabilis, & quod prædictum
conclusionis, seu dictaminis, ad prædicatum
opinionis, seu judicium speculativi præsum, seu, quod
id est, afferens opinionis traducat; in primo quippe
luculentur fallit; nempe honestatem certam
esse, dicimus, objecti certò probabilis, verbigra-
tia, sit objectum illud, opinio scilicet objectiva certò
probabilis, *cambium recursus non est usurarium*; dico honestatem illius certam esse, eodem proflus
jure, quo dico illius probabilitatem & prudentiam
certam; licet enim ita judicem, non esse usurarium,
ut timet usurarium esse, non tamen propterea
judicatio ita honestum esse, ut formidem ne honestum
non sit; unde illi mihi non probantur, qui dicunt
judicium speculativum de honestate objecti esse pro-
babile, certum verò judicium prædictum de eadem;
quod meo judicio satis efficaciter P. Valquez refutat;
scio, circa idem objectum materia, judicium
certum posse versari, & aliud tantum probabile
unum enim judicium ab alio distinguunt ratione ob-
jecti formalis, seu motivi; nempe motivum certum
ad judicium certum movere, & motivum probabile
ad judicium probabile; an vero utrumque ad actum
quasi mixtum, disputandum Theologis relinquitur,
cum ad presentem quæstionem non faciat: dato-
tur, quod sit idem motivum utrumque judicium, vel
utrumque certum, vel utrumque probabile est; nec
est quod aliquis dicat, probabile opponi: tantum
improbabili, non certo; nam revera respectu ejus-
dem opinionis adæquatè sumptus, id est, tam secun-
dum objectum, quam motivum, utrumque opponitur;
id est, sunt termini repugnantes; ita ut ex affir-
matione unius, sequatur negatio alterius; ex hoc enim
quod judicium sit probabile, sequitur idem certum
non esse, nec etiam improbabile; respectu ver-

elle necessitas; si una est certa, altera est improbabilis. Itaque ut ad questionem redeam, his obi-
tendebatis, que quia nonnulli vel ignorant, vel
fervorans sibi fingunt, non mirum est, si ad erran-
ciones proches sint; judicium de honestate objecti
probabile; et enim judicium illud practicum, quo
sit, utrum opinionis esse prudentem, honestum,
abique peccato; utrum, inquam, id est, praxim, vel
actum est ipsam id est, ipsam contractus, seu cam-
bius celebrazione, &c. id est cambium ipsum, quod
in alii praxi, contractu, actione humana consistit:
pum modo, si hec opinio, certò probabilis, votum
dubium non est; licet hoc judicium sit tantum
probabile, et tamen certò prudens; ex quo certò
judicis, me non peccare, dum eligo hanc opinionem;
id est, dum votum illud dubium non impleo; alterum
vero, in quo errat hic auctor, cum multis aliis,
ut certò inde errandi occasionem captavit, illud
est, quod scilicet, predicatum judicis practici ad
prudenter pravis speculativi traducat; nempe
elephantum contractum, seu honestam actionem
illamnam, id est, a peccato immunem, est
objectione judicis practici; sic enim certò judicis, me
non peccare, dum illum contractum in eo; id est,
contractum illum a peccato immunem esse, vel quod
id est, honestum; et igitur est predicatum judicis
practici; objecit vero speculativi probabilis, est,
quod non sit contractus usurarius, vel injustus, vel
cambium lucum, aut palliatum; quod tamen pru-
denter judicis, quantumvis probabiliter; ita-
nec, ut certum sit, tum probabile, tum prudens
de.

60. PITHANOPH. Quod tandem subdit auctor,
remittit illam probabilitatem ad rem non per-
tinet, falsissimum est; nempe ex certa probabilita-
tis sequitur certa prudenter assensus, ele-
mentum & usus; nec illa certitudine refertur tantum
aliam probabilem, verbi gratia ad cambium
lucis, ut dicit auctor, nec ad formalis assensus
existat, quo, quis experitur, se assentiri, sed
aliam opinionem objectivam; in qua tale pra-
dictum tali subiecto inest; verbi gratia quod cam-
bius usurarius non sit usurarius, Ita ut usuram ab
cambio abesse, probabiliter, id est, ex gravibus
rationibus motivis dici ac censeri possit; unde
modus propositum, probabile est, cambium recur-
sus usurarius, certa est, & haec cambium re-
cursus usurarius, est certò probabilis, id est, gra-
vibus & rationabilibus certò nititur, igitur assensus
certo prudens; electio certè prudens, usus certò
possit.

61. ANTIM. Sed, inquit, si certum est, esse pro-
bablem, certum est esse cum formidine conjunc-
tum, a priori incertam; id est, circa certitudinem
opinio, igitur incertum, cambium illud esse li-
citus, quod quām absurdum est, inquit, nemo
nominat.

62. PITHANOPH. Sidixi est, ergo; incertum,
cambium non esse usurarius, recta est conclusio;
nam quilibet opinio circa certitudinem est; unde
certo constet, esse probabilem, cum tamen opini-
o adhuc restet, illa profecto incerta est, non certa;
est, circa certitudinem; quod tamen non facit, ne
certo prudens usus; igitur certò licitus; igitur
sequitur absurdum, ut auctor, quod ne-
dum videt; quia male intulit ex eo, quod proba-
biliter in certum sit, cambium non esse usu-

rum, etiam incertum esse, quod sit licitum; id est,
quod nemo licet, seu absque peccato illo uti possit,
quod ex iis, que supra diximus manifestum sit: igitur
illa certitudo non est inutilis, nec impetrans,
ut ait, ad istam controversiam, in qua scilicet querimus,
utrum, opinione verè ac certò probabili tan-
tum, non vero certa, quod implicat in adjecto, ut
ajunt, certitudinem scilicet cum assensu opinativo
esse conjunctam, de eodem objecto, & ex eodem
motivo; quando igitur opinionem probabilem ap-
pellamus, licet vere ac certò probabilem, semper ex-
cludimus certitudinem; querimus igitur, utrum
opinione vere ac certò probabilem licet, id est, absque
peccato uti possimus; ita ut certò judicemus, à dicto
usu peccatum abesse; & respondemus, nos uti pos-
se; & nos certò judicare, à dicto usu peccatum
abesse; quia ex certa probabilitate, sequitur prudens
assensus, prudens electio, prudens usus; an vero haec
absurda, inutilia, imprudentia sint, docti & pru-
dentes viri judicabunt.

60. ANTIM. Negabit forte, assensum probabi-
lem esse prudentem; quia nemo prudenter id asserit,
in quo certò scit, se falli posse.

61. PITHANOPH. Motiva certò gravia & ratio-
nabilia, ad prudentem assensum intellectum mo-
vent, quamvis probabilem, & cum formidine; im-
prudenter quidem certum assensum elicere cona-
tur, cum materia & motiva id minimè patientur,
prudenter tamen probabilem elicere, à voluntate scilicet,
determinatus: in rebus humanis, contingentibus scilicet,
aliter fieri non potest; Dux exercitus
prudenter pugnam committit, licet incerus sit victo-
ria, si adhuc motiva gravia & rationabilia, quibus
pugnandum esse, persuadeatur; mercator item in-
certus lucri talis negotiationem instituit, quam
suadent graves & rationabiles cause, & licet hic
lucro careat, ille victoria, non tamen imprudenter
egisse consentitur, cum ab eventu prudentia non pen-
deat. Sed potiori jure quispiam assentitur opinioni
verè ac certò probabile, id est, ex gravibus & ratio-
nabilibus motivis, cum nullus sinistro eventus ti-
mendus sit; quamvis enim alioquin falleretur in ju-
dicio illo speculativo; non tamen in practico, quod
certum est, ac proinde tuta semper erit conscientia,
nec unquam sinistro eventus est.

62. ANTIM. Sed finem imponamus huic con-
gressui; nihil enim refutandum restat; quia in cap.
20. quod sequitur, quorundam argumenta confutat,
non vero nostra; in altera vero parte, impugnat
Illustrissimum Caramuelum, quem sine injuria de-
fendere non possumus; cum vir doctissimus, juxta
atque ingeniosissimus alieno patrocinio minimè in-
digeat.

63. PITHANOPH. Ita prorsus reliquum est, ut in
sequentibus congressibus Illustrissimi Prospeti Fag-
nani opusculum refellamus.

64. ANTIM. Hoc unum nobis restat; quod ubi
prafiterimus, unum quidpiam aliud suggeram; sed
omnia suo tempore & loco. Vale Pithanophile,
lustra diligenter dictum opusculum, ex quo reliqua
prodierunt, ut paratior advenias.

65. PITHANOPH. Faciam ut jubes, vale Antime;
quamprimum adero.